



**D. Marcvs Evangelista. Rodolphi Gvaltheri Tigurini in
Euangelium Iesu Christi secundum Marcum Homiliæ
CXXXIX.**

Gwalther, Rudolf

[S.l.], 1570

VD16 W 1048

Homilia CXXXIX. Dominus igitur postqua[m] locutus fuisset eis, sursum assumptus est in cœlu[m], sedit à dextra Dei. Illi uerò egressi prædicauerunt ubiq[ue], Domino unà operante, & sermonem ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71833](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71833)

Domnus igitur postquam locutus fuisset eis, sursum assumptus est in coelum, & sedit à dextra Dei. Illi uero egressi prædicauerunt ubique, Domini no unâ operante, & sermonem confirmante per signa subsequenta.

Argumentum
& usus presen-
tis loci.

Euangelista non ea modo narrant, quæ Iesus Christus priusquam moreretur fecit & passus, nostræ redemptionis negotium, cuius ille auctor & executor esse debuit. Primum inter illa est resurrectio eius, qua mortem & omnem aduersariam potestatem deuicit, cuius multa argumenta addimus. Secundum locum ordinario Apostolorum & ministerij Euangelici institutio habet, per quod salutem suo merito acquisitam nobis Christus offert, ut nuper abunde dictum est. Sequitur tunc Ascensio eiusdem in cælum, quam in præfenti Marcus narrat, simulq; adijcit quid discipuli facti fuerint, postquam ab illis Christus subductus est. Nos uero in horum quoq; consideratione ita utriusq; conuenit, ut omnia hæc nostræ salutis ergo facta fuisse, & ad nostram tum institutionem tum consolationem facere cogitemus.

Ascensionis hi-
storia.

Ascensionis historiam, ut alia quoq; pauca Marcus absoluit, quare quæ hic desiderantur ex Luca sciri debent, qui in fine historię suæ Euangelicæ & Actuum libro illam lauculenter describit. Et summa quidem narrationis est, Christum discipulos Bethaniam eduxisse ad montem oliuarum, & postquam illos sui officij admonuit, isdem solemniter sublatis manibus benedixisse, & mox ab illis recessisse, ipsi uidentibus, in cælum, ubi à dextra Dei confederit, et horum omnium testes fuisse angelos, qui ea discipulis declararint, quæ pro uisus humani imbecillitate ipsi non potuerant percipere, sicuti gesta fuerant. Hæc (inquam) historia summa est, in qua singulæ partes diligentem considerationem merentur.

Ex Bethania
cæli conscen-
dit Christus.
Matth. 21.
Luc. 19.
Acto. 14.

Videamus igitur primum, ex quo loco in cælum conscendere uoluerit. Fuit is Bethania, ad montem oliuarum sita, Lazaro & sororibus ipsius illustris, sicuti Ioannes tradidit. Nomen habet de afflictione, & Latinis Domus afflictionis dicitur. Atqui ex eodem loco ad mortem illum profectum fuisse, Euangelista testatur. Non temere ergo hoc factum putabimus, sed ut exemplo suo nos uoluerit etiam simul & consolaretur. Ut enim Dei filius per mortem ignominiosam in gloriam patris ingressus est, ita omnibus nobis hanc sortem à Deo constitutam esse Paulus testatur, ut per multas tribulationes in regnum Dei ingrediamur. Ut autem Christi gloriæ inseruauit locus, qui ignominia & passionis ipsius initium dederat: ita in ipsum credentibus & patienter ferentibus à Deo in postremam crucem, ad gloriam & salutem æternam seruiant, quacumq; carni acerba & ignominiosa patiantur. Postulat enim hoc iustitiæ lex, ut gloria sue consortes faciat Christus, qui afflictionum ipsius consortes fuerunt. Hæc si diligenter medicemur, eam in publicis quàm priuatis afflictionibus, hand uoluerit nos in fide & patientia Christiana sentiemus confirmari.

Christus ascen-
dit uero suo cor-
pore.

Secundo quis ascenderit uidentem est, & quis ascensionis huius modus fuerit. Sane enim, qui eum Ascensionis articulum ipsorum sententiæ de corporali Christi præsentia in Cæna ob stare uideant, mirificis figmentis illum eludere satagunt. Nam dispariorem fingunt, & Ascensionem non aliud quàm conuersionis suæ conditionis Christi mutationem esse contendunt, ut qui prius in terris uisibiliter & humano more uersabatur, nunc quidem inter nos uero corpore uersetur, non autem pro ratione huius seculi, sed modo inuisibili & quem nulla hominis ratio possit capere. Negant ergo in Ascensione motum aliquem factum esse, quo Christi corpus ex terris sursum in cælum subuectum suæ translatum sit. Et ut suum illud commentum tueantur, cælum terra miscent, & illud loci nomen esse negant, ut Christi corpus iam nullo loco certo contineri euincant. Mirum uero est, homines, qui in Cæna negotio tropis adeo iniqui sunt, ut illis à cordo adæuocis (quod proteruis dicitur) indixisse uideantur, sexcentos scripturæ locos interpretationibus non figuratis modo, sed uolentis in sensum alienum detorquere, & omne inter cælum & terram discrimen tollere, ne in locutione Sacramentali tropum aliquem admittere cogantur. At si Ascensionis historiam diligenter excutiamus, mox omnes eius circūstantias istorum opinionum aduersari patebit. Primum enim de Christi

sto hic sermo est, qui in corpore, quod ex Maria virgine assumpserat, verè mortuus, & in eodem re-
 suscitatus per dies quadraginta cum discipulis egit, seq̄ illis non modò videndum, verum etiam con-
 tractandum prebuit, imò corpus suum manus & pedes habere, & ex carne atq; ossibus constare testa-
 tus est. Ille (inquam) ascendisse dicitur. Vt ergo illum in suo corpore reuerà mortuū esse, verè etiam reuera
 resurrexisse, & post resurrectionem verè comedisse & bibisse credimus: ita eundem etiam reuera
 ascendisse credendum est. Quòd si id aduersarij faceri nolunt, rationem aliquam adducant, qua il-
 los cogat in ascensionis historia ad interpretationes figuratas, imò violentas, confugere, cum qua-
 cunque de morte & resurrectione eius dicuntur, verè & iuxta literam accipiant? Dicent illi, se ver-
 bis Cœna moueri, quibus realis & substantialis præsentia corporis Christi sanciat, quæ consistere
 nequeat, si ascensionem ita intelligamus factam esse, vt è mundo hoc corpus suum in locum alium
 transtulerit. At hic ego rursus scire velim, quæ ratio illos moueat, vt Cœna verba crasso sensu iu-
 xta literam accipiant, ea verò aliter interpretentur, quæ de ascensione dicuntur? Ob, Christi verba
 sunt, inquit, discretè & ore rotundo dicentis: Hoc est corpus meum, Hic est sanguis meus, &c.
 Audio. Sed eundem Christū eadem hora dixisse audio: Filioli, adhuc paulisper vobiscum sum: Ex-
 pedio vobis, vt ego vadam: Exiui à patre & veni in mundum, iterum relinquo mundū & vado ad
 patrem. Dicant ergo illi, cur omnia ista potius, quàm Cœna verba, per tropos exponere opus sit, cum
 illa ad simplicem historiam narrationem pertineant, in Cœna verò Sacramentum influitur, cuius
 finis & usus præcipuus est, Commemoratio mortis Christi, quam Paulus ex ipsius Christi verbis
 in hunc modum definit: Quotiescung, comederitis hunc panem, & de poculo isto biberitis, annuntia-
 te, vt prædicatè mortem Domini, donec veniat. 1. Corin. 11.

Deinde nobiscum facit ipse ascensionis modus, quem ita describunt Euangelistæ, vt singula com-
 memorent, quæ hinc congerunt, quasi de industria cauere voluerint, ne quis aliquid imaginarij factū
 putaret, aut historiam narrationem figuratam interpretationibus euerteret. Nam cum benediceret illis
 (inquit Lucas) recessit ab eis: At recedendi verbo abitione in alium locū denotari nemo sane men-
 tis negauerit. Et quò nam recessit, idem innuit, dicens: Et ferebatur in cælum. Ferebatur (inquit
 quæ uerum motus ex loco in locū noua est certissima. Et ne cæli vox ambigua & incerta esset, idem
 cum Marco motus sursum & in altum assumptum esse testatur. De cælo igitur, quod supra nos est
 loquuntur, non de cælesti conuersatione, qualis in terris etiam esse potest. Neq; his contentus Lucas,
 etiam nubis meminit, quæ illum vehiculi instar in altum subuexit. Et hæc quidē ipsis uidentibus fa-
 cta fuisse scribit. Ergo non disparuit Christus, vt quòd nã abisset, omnino ignorarent. Nam defixis
 in cælum oculis illum secuti sunt abeuntem, quod ridicule & stultè facturi erant, nisi illum in altum
 ferri uiderent. Accedit his angelorum testimonium, quos ego hanc potissimum ob causam ascensionis
 huius inter pretes & testes adhibitos fuisse crediderim, ne quid minus verè factum suspicaremur. Si
 enim ea gratia in præsentem dignatus esset Apostolos Christus, quæ paulo post Stephanus illuminatus
 cælos apertos & filium hominis à dextris Dei stantem uidi: non immeritò illos in extasi & uisione
 supernaturali tale quid spectauisse crederemus, qualia olim multa prophetas, & postea Paulum &
 Petrum & Ioannem uisisse legimus. Ne quid ergo eius generis hic factū putarem, Apostoli nec
 extra scripti, nec noua & insolita oculorum acie donati sunt, sed eò usq; illum uiderunt ascendere,
 quò usq; uisus ipsorum penetrare potuit. Quod uerò in illo defuit, hoc postea angelorum testimonio
 sarciri uoluit Christus, qui totius actionis testes & illum ascendisse in cælum, & inde olim rediturum
 esse dixerunt. Hæc ergo nos insistere conuenit, quæ vt simpliciter describi curauit spiritus sanctus, ita
 inter fidei articulos referri uoluit, in quibus omnia simpliciter & absq; troporum inuolucro contine-
 ri scimus, quæ cognitū & creditū necessaria sunt.

Ceterum cogit nos aduersariorum obstinatio, vt de loco, in quem Christus ascendit, plura adhuc
 dicamus. Marcus illum assumptum esse ait in cælum, & consedissee à dextra Dei. Et quia cæli simul
 & dextra Dei meminit, quæ sapientia diuina maiestas & potentia denotatur, arbitrantur illi, non
 aliud dici, quàm quòd Christus in diuina maiestatis consortium assumptus sit, & proinde quò ad hu-
 manitatem, perinde vt Deus, sit ubique. Et argumentum insolubile se afferre putant, quando di-
 cunt: Christus homo ascendit ad dextram patris. Dextra patris est ubiq; Ergo Christus homo est
 ubiq; nimirum quoad humanitatem & corpus, quod ex Maria uirgine assumpsit. At quid de illo
 R 2

Ascensionis
modus.

Actorum 7.

2. Cor. 12.

Acto. 10.

Apoc. 1. & c.

De loco in què
Christus ascen-
dit.

argumento sentiamus, postea dicitur. Nunc de Marci verbis agemus, qui duo simul comprehendit. Locum videlicet, in quem Christus ascendit, & Maiestatem suae gloriæ, in quam carnem ipsius assumptam esse, minime negamus, modò illud recte intelligatur. Quoad locum, in caelum ascendisse dicitur Christus. Per caelum verò æterna beatitudinis locum intelligimus, iuxta illud Apostoli, quod scribitur πολὺν ὄρα, siue civitatem & patriam in caelis esse dicit, ubi nimirum thesauri illi incoercibiles nobis repositi sunt, quos Christus nos querere iubet. Locum verò illum extra hunc mundum irruptibilem, adeoq; supra aut extra omnes caelos esse, primum ipse Christus testatur, quando se non amplius in mundo fore ait: deinde Apostolus quoq; docet, qui illum supra omnes caelos ascendisse, & olim in nubibus venturum esse, nosq; illi obviam per aërem rapiendos docet. Quòd verò adfirmari ex eo colligunt, Christi corpus iam non amplius loco certo contineri, sed ubiq; esse, id nimis ridicule faciunt. Quò magis enim clamant, illum supra omnes caelos ascendisse, & mundum hunc corruptibilem & huius conditiones reliquisse, eò magis nostram confirmant sententiam, qui illum non amplius in terris corporaliter querendum esse docemus. Cauillantur illi, nos physicis rationibus nitri, nec aliam quiddam quam Aristotelica illa principia sapere posse, quæ corpus omne loco certo contineri docent: imò per nos Dei omnipotentiam negari plenis buccis vociferantur, quòd Christum, qui supra omnes caelos ascendit, corpore suo non simul in caelo & in terris esse, & omnes mundi partes corporaliter implere sentimus. At si rem ipsam penitus inspiciamus, multò magis illos philosophorum placuisse falli parebit, & diuina Christi potentia maiorem ab illis, quàm à nobis iniuriam fieri. Quis enim ignorat illorù argumenta? Christus ascendit supra omnes caelos. Supra omnes caelos non est locus: Ergo Christus non est in loco. Item: Caelum non continetur loco, Christus ascendit in caelum: Ergo non continetur loco. Unde verò hæc sua axiomata habent, quibus vel caelum loco contineri, vel supra caelos locum aliquem esse negant? Nōne ista philosophi tradiderunt, quorum nulla est in regno caelorum hereditas? Illis autem nos Christi Iesu auctoritatem opponimus, qui & si loco contineri, & supra omnes caelos locum esse testatur. Eius enim verba sunt: In domo patris mei mansiones multae sunt: quòd si secus esset, dixissem vobis. Vado vobis paraturus locum. Et si abiero ad parandum vobis locum, iterum veniam, & assumam vos ad meipsum, ut ubi sum ego, & vos sitis. Ecce mansiones multae in domo patris sui esse testatur, & loci meminit, in quò abiturus sit ipse, & in quò nos quoq; ad ipsum celum oporteat. Christone igitur magis, quàm Aristoteli & Philosophis credemus, quos Tertullianus olim hereticorum patriarchas esse dixit? In locum ergo certum Christus abiit, non quidem, ut illic ceu vinculis alligatus sedeat, aut ergastulo & carcere clausus detineatur (ut quidam nimis scurriliter loquuntur, quorum dicacitati ut ignoscat Deus precamur) sed in sedi beatorum, ubi nec mori vitius detinetur, & ubi nullum est alterius loci aut conditionis desiderium, cum illis sit in conspectu Dei honorum & lætitiæ omnis satietas, sicuti David testatur. Neque illius omnipotentiam negamus, sed de voluntate eius disputamus, sine qua nihil ex eius omnipotentia colligi potest. Agnoscamus etiã Christi promissiones: Vbi duo aut tres congregati fuerint in nomine meo, ero in medio vestrorum. Item: Ecce, ego vobiscum sum, usque ad consummationem sæculi. Illas verò de ipsius divinitate intelligi debere dicimus, quæ sua virtute omnia penetrat, & Christi meritum nobis ubique demonstratum præfens & salutare exhibet. Per Idiomaticum verò communicatione de tota Christi persona dicitur, quod alterius modo naturæ proprium est. Quam regulam non ipsi primi fiximus, sed à patribus orthodoxis, acceptã observamus, inter quos Theodoretus est, cuius verba habentur: ἡ ἑστὴ ἡ ἐξ ὅσων ἡ ὁμοῦς ἡ ἐστὴ, id est, quæ naturarum propria sunt, persona communicatur. Et parum honorifice de Christo sentire videntur, qui illum nobis non aliter salutarem esse putant, quàm si corpore in terris ver setur, cum illum olim patribus affuisse constet, priusquam corpus ex Maria virgine assumpsisset.

Cælum nomen loci.
Phil. 3.
Matth. 6.
Ephes. 4.
1. Thess. 4.

Ioan. 14.

Psal. 16.

Matth. 18. et 28.

De dextera Dei.

Psal. 110.
Matth. 22.
Ephes. 1.

Obijciunt illi, non modò celi, sed etiam dextræ Dei mentionem fieri, per quam diuina maiestas & potentia intelligi debeat, in cuius consortium Christi humana natura assumpta sit. Facitur istud nos etiam, & Davidis oraculum, ipsius Christi auctoritate confirmatum agnoscimus: Dixit Dominus Domino meo: Sede à dextera mea, donec posuero inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Fatemur etiam, Christum, quoad humanam naturam, verè de semetipso dixisse: Data est mihi omnis potestas in caelo & in terra. Paulum quoque de hoc loqui dicimus, quando ad Ephesios scribit: Patet

bit: Pater gloriae efficaciam roboris fortitudinis suae in Christo exercuit; cum suscitavit eum ex mortuis, & sedere fecit ad dexteram suam in caelestibus super omnem principatum & potestatem, & virtutem & dominium, & omne nomen quod nominatur, non solum in seculo hoc, verum etiam in futuro, & omnia subiecit sub pedes illius, & ipsum dedit caput super omnia ipsi ecclesiae, quae est corpus illius, complementum eius, qui omnia in omnibus adimplet. Ac hic addimus, in praesenti causa, Dei dextra non modo divinae maiestatis confortium, verum etiam locum, in quo humana Christi natura gloriae & maiestatis divinae confortium facta est, denotari. Id vero ex eo colligimus, quod priusquam Marcus illum a dextris Dei confedissee dicat, illum in caelum assumptum esse scribit. Et Paulus in eo, quem modo citavimus, loco verumque coniungit, quando Christum ad dextram Dei in caelestibus sedere ait. Et huius generis loci in scripturis passim occurrunt. Stephanus protomartyr, plenus spiritu sancto, clamabat: Ecce video caelos apertos, & filium hominis stantem a dextris Dei. Et haec illi oculis in caelum intentis dixisse, Lucas scribit. Paulus item ad Colossenses scribit: Si resurrexistis una cum Christo superna quaerite, ubi Christus est ad dextram Dei sedens. Quibus verbis Christum ad Dei dextram sedere quidem ait, sed eundem in supernis monstravit: nimirum quae terra & terrenis opponit, cum mox inferat: Superna curate, non terrestria. Petrus quoque, Apostolus ait: Iesus Christus est ad dextram Dei, profectus in caelum, &c. Fateatur quidem illum ad dextram Dei esse profectum sibi omnibus angelis & potestatibus, sed tamen eundem in caelum profectum esse ait, ut illic huius gloriae & maiestatis confortem faceret carnem suam, quam ex nobis assumpserat. Et idem Apostolus alibi fateatur, Christum oportere caelos tenere usque ad tempus restitutionis omnium: Quod Petrusque de illius corpore dixit, cum illius divinitas in caelo simul & in terra praesens sit. Vt vero Petrus caelum & dextram Dei coniungit, adeoque per dextram Dei beatitudinis aeternae locum simul & divinae gloriae confortium comprehendat: ita Paulum hoc ipsum facere constat, quando ad Hebraeos scribit: Filius per semetipsum purificatione facta peccatorum nostrorum, confedit in dextra maiestatis in excelsis. Quid vero opus erat addere, in excelsis, si in terris quoque Christi humanitas divina gloriae particeps facta esset? Quod & illud pertinet, quod in eadem Epistola illum a dextris throni Dei confedissee dicit. Thronus enim Dei caelum est, sicuti ipse apud Isaiam fateatur. Et rursum: Qui confedit ad dextram maiestatis in caelis. Quibus etiam illud Christi adnumerari potest: Videbitis filium hominis sedentem a dextris virtutes, & venientem in nubibus caeli. Cur enim in nubibus caeli veniat, imò de caelo descendat Christus (quod ipsum dicitur dicit Paulus) si illic non verè ascendit? Aut cur idem nos illum de caelis expectare scribit, si non illic assumptus est, sed in terris manens corporis modo sui conditiones cum caelestibus commutavit? Nihil ergo efficiunt adversarii, quando Dei dextram pro illius potentia & maiestate exponunt, & Christum, quoad humanam naturam, ubi praesentem esse ex eo colligunt, quod ad dextram Dei sedeat. Paralogizant illi ab eo quod est secundum quid, ad id quod est simpliciter. Quod enim de gloria carnis Christi in caelo agentis dicitur, illi ad eius substantiam referunt, quasi illa aliquam mutationem subierit, vel divinitatis ratione nunc per omnia loca extendatur. Sed repugnat huic sententia Apostoli auctoritas, qui nostra corpora glorioso Christi corpori conformia fore, & illi obuiam per aerem transferenda dicit, in eum videlicet locum, quem nobis suo merito ille acquisivit. Abundè ergo demonstratum esse arbitror, Christum corpus suum in clarificatione non exinaniuisse, nec in ascensione illius conditiones mutasse, nisi quatenus illud & terris in caelos subiecit, ubi in gloria Dei sedens aeterna cum illo potentia & beatitudine fruatur.

Actorum 7.
Colof. 3.
1. Pet. 3.
Acto. 3.
Hebr. 1.
Hebr. 12.
Isaie 66.
Hebr. 8.
Matth. 26.
1. Thess. 4.
Philip. 3.

At ne quis nos doctrinam novam & ecclesiae ante haec tempora incognitam asserere putet, patrum aliquot testimonia adducemus, & eorum quidem, quos in controversijs de naturis in Christo & earum ratione nemo unquam erroris aut haereseos accusavit. Primus ex his prodeat Augustinus, qui in Epistola ad Dardanum ex professo ad istam questionem respondens, Quomodo Christus non sit ubiq, & rursum sit ubiq, inter alia sic scribit: Noli dubitare, ibi nunc esse hominem Christum Iesum, unde venturus est, memoriterq, recole & fideliter tene Christianam confessionem, quoniam resurrexit à mortuis, ascendit in caelum, sedet ad dextram patris, nec aliunde quam inde venturus est ad vivos mori uosq, iudicandos. Et sic venturus est illa angelica voce testante, quem admodum iresus est in caelum, id est, in eadem carnis forma atq, substantia, cui profectò immortalitatem dedit, naturam non abstulit. SECUNDVM HANC FORMAM, non est putandus ubiq, diffusus. Caenen

R. 3

dum est enim ne ita diuinitatem astruamus hominis, ut veritatem corporis auferamus. Et in eadem Epistola loci accidens ita proprium esse docet corpori, ut hoc sine illo posse consistere neget. Spatiatorum (inquit) colle corporibus, nusquam erunt; & quia nusquam erunt, nec erunt. Tollit ista corpora a qualitatibus corporum, non erit vbi sint, & talem necesse est, ut non sint. Idem pater illud Christi exponens, Pauperes semper habebitis vobiscum, me non semper habebitis, sic ait: Loquebatur de sententia corporis: nam secundum maiestatem suam, secundum providentiam, secundum ineffabilem visibilem gratiam impletur, quod ab eo dictum est. Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem seculi. Secundum carnem vero, quam verbum assumpsit, secundum id quod de virgine natus est, secundum id quod à Iudeis comprehensus est, quod ligno confixus, quod de cruce depositus, quod limetis inuolutus, quod in sepulchro conditus, quod in resurrectione manifestatus, usque per habebitis vobiscum. Quare? Quoniam conuersatus est secundum corpus presentiam quatuordecim diebus cum discipulis suis, & eis deducentibus videndo, non sequendo, ascendit in caelum, et non est hic: Ibi enim sedet ad dextram patris; Et hic est, non enim recessit presentia maiestatis. Altera de eundem presentia maiestatis semper habemus Christum: secundum presentiam carnis, usque ad hunc diem est. Me autem non semper habebitis. Habuit enim illum ecclesia secundum presentiam carnis paucis diebus: modo fide tenet, oculis non videt. Sed & idem Augustinus contra Serm. Arimorum cap. 12. de patris dextera sic pronuntiauit: Quid autem est dextera patris, nisi aeterna illa ineffabilis licitas, quod peruenit filius hominis, etiam carnis immortalitate percepta.

Hieronymus.

Fulgentius.

Cyprianus.

Psal. 24.

Epiphanius.

Irenaeus.

Tertullianus.

Diuus Hieronymus ad Damasum scribens, sic ait: Resurrexit tertia die, ascendit in caelum, sed ad dextram Dei patris, manente ea natura carnis, in qua natus & passus est, in qua etiam resurrexit. Non enim exinanita est humanitatis substantia, sed glorificata, & in aeternum cum Deitate mansura. Fulgentius vero: Idem atque inseparabilis (inquit) Christus secundum eorum hominem, quem accepit, terram LOCALITER deserens ad caelum ascendit, & in dextris Dei sedet. Senit enim hoc Cyprianus, qui in Symboli expositione ita scribit: Ascendit ad caelos Dominus, non vbi verbum Dei ante non fuerat (quippe qui erat semper in caelis, & manebat in patre) sed vbi verbum caro factum ante non sedebat. Denique, quia nouus iste ingressus portarum caeli aditus & principibus videbatur, videntes naturam carnis caelorum secreta penetrantem, dicitur ad inuicem, sicut David plenus spiritu enuntiat: Tollite portas principis vestri, & eleuamini portae aeternales, & introibit rex gloriae. Quis est iste rex gloriae? Dominus fortis & potens, Dominus potens in praelio. Que vox nunc non propter diuinitatis potentiam, sed propter nouitatem carnis ascendens ad dextram Dei, fuerat. Et paulo post: Sedere quoque ad dextram patris, carnis assumptae mysterium est. Neque enim in corpore illi naturae conuenienter ista absque assumptione carnis adduntur, neque sedis celestis perfectam diuina natura, sed humana natura conquirat.

Addamus his Epiphanius, qui etsi de corpore Christi quadam dicit, quae accurata consideratione & sobrio iudicio opus habent, dum illud νεπτοσπες καὶ εἰς δεξιὰ τῶν οὐρανῶν ἀνέβη, id est in nuuium partium & in diuinitatem conuictum vocat, eiusdem tamen substantia post resurrectionem non exinanitam esse, & sursum in caelos assumptam esse fatetur. Nam contra Apelleianos scribens, cum & Pauli & Stephani testimonia adduxisset (quorum supra mentionem fecimus) tandem refert: ἀνοῦ ἡ αὐτὸ τὸ ἀγιον ὄμμα οὐκ ἐπὶ δεξιῶν ἐλθὼν, εἰς δεξιὰς ἐλθὼν, εἰς ἡδὺς ὁ ἀγίος, καὶ δεξιῶν ἐλθὼν, εἰς δεξιὰς τῶν πατέρων, ὡς ἔχει καὶ τὸ τῶν Μαρκῆ Εὐαγγελίου, καὶ τῶν ἄλλων εὐαγγελιστῶν, καὶ ἀποστόλων, εἰς τὰς ἐπαυρῆς, καὶ ἐπιδήσειεν ἐν δεξιῶν τῶν πατέρων. Superne est ipsum sanctum corpus, una cum Deitate totus Deus, vnus filius ille sanctus Dei sedens ad dextram patris, sicuti tradidit Marcus Evangelium & aliorum Euangelistarum: Et ascendit in caelum, & consedit ad dextram Dei patris.

Possem huius generis multa ex Theodoro & Cyrillo producere, sed omisit illis duos vetustissimos ecclesiae doctores audiamus, qui ex ijs, quorum scripta extant, ad Apostolorum tempora proxime accesserunt, Irenaeum & Tertullianum, quorum ille τὸ εὐσπερον εἰς τὰς δεξιὰς τῶν οὐρανῶν ἀνέβη, καὶ ἐξ ἑκεῖθεν ἐβήσεν εἰς τὸν οὐρανόν, καὶ ἐξ ἑκεῖθεν ἐβήσεν εἰς τὸν οὐρανόν, καὶ ἐξ ἑκεῖθεν ἐβήσεν εἰς τὸν οὐρανόν, καὶ ἐξ ἑκεῖθεν ἐβήσεν εἰς τὸν οὐρανόν. Atque assumptionem Christi in caelos εὐσπερον, id est, in carne factam non dixisset, nisi Christum credidisset in illa carne caelum ascendisse, quam ex nobis assumpserat. Tertullianus autem in libro De carnis resurrectione haec tradidit: In ipsa adhuc regia caelorum sedet Iesus ad dextram patris homo, et si Deus: Adhuc hominissimus

non sumus, et si sermo primarius caro & sanguis, est nostris puriora: idem tamen & substantia & forma, qua ascendit: talis etiam descendit (ut angeli affirmant) agnoscendus scilicet est, qui illum conuoluerunt. Hic sequitur Dei atq; hominum appellatus, ex vtriusq; partis deposito commissio sibi, carnis quoq; depositum seruat in semetipso arrhabonem summa totius. Quemadmodum enim pignus totius summe illuc quandoq; redigende, &c. Et hec quidem Christi verbis conueniunt, qui spiritum non venturum fuisse testatur, nisi ipse è mundo abiisset. Et Paulus spiritum Christi nostra salutis arrhabonem dicit, quo quid obsecro opus erat, si Christus corporaliter nobiscum manere debuit? Hec præter morem nostrum pluribus patrum testimonijs confirmauimus, ut inuidiosa noui dogmatis suspicione nos & ecclesias nostras liberemus, & ut ipsi mædamur, quos nonnullorum auctoritas hodie ita trahit, ut aut illos non posse errare arbitrentur, aut nefas putent ab illorum sententia discedere. Si enim alicuius hominis auctoritas valere debet in fidei & dogmatum controuersijs, maior vicij illorum erit, qui olim Christi fidem contra varias hereses non modo labore et studio, verum etiam exitio, carceribus, & multi etiam sanguinis sui testimonio defenderunt: quam eorum, quorum oculis adhuc papisticae superstitionis fulgore perstringuntur, & qui otio abundantes, & timentis ambiciois, et plerumq; vel pretio vel fauore emptis, sanctorum Christi martyrum indigna supplicia securi audiunt, imò illos in cruce pendentes suas sannas & scommatas scurrilia, acetum longè acerbissimum, propinant, & suis suffragijs pontificum sententias confirmant, dum hereticos dicunt eos, quos illi propter solam Christi fidem & veritatis doctrinam persequuntur.

Ioan. 16.
Ephes. 1.
2. Cor. 1. & 5.

Ceterum non sufficiunt ista ijs, qui animos suos in euentis suis opinionibus obfirmarunt, sed ad unionem personalem naturarum in Christo confugiunt, ex qua ad hunc modum argumentantur: In Christi persona nature dua, diuina & humana, inseparabili vnione conueniunt. Ergo vbique est Christi diuinitas, ibidem humanitas eiusdem sit oportet. Si enim alicubi sit eius diuinitas, ubi humana natura non est, scinditur illarum naturarum vnio. Et hic ipsi quoq; patrum testimonia allegant, quibus illi contra Eutychem & Nestorium vsi sunt, quorum ille quidem duas naturas in vnam coaluisse, & humanam in diuinam conuersam esse docebat, hic verò duas in Christo personas constituerebat. At qui agnoscimus nos quoq; inseparabilem in vna eademq; Christi persona duarum naturarum vnionem, sed illas cum patribus & scripturis dicimus ita vniri, ut distincta maneat earundem proprietates, & nullius fiat in alteram conuersio, aut vtriusq; confusio siue permixtio, quæ & proprietates & actiones illarum confundat. Et hic cum primis locum habere debet Augustini regula, cuius paulò ante meminimus, ne ita astruamus hominis diuinitatem, ut corporis veritatem auferamus. At quomodo manebit corporis Christi veritas, si illud vbique sit, & omnia penetret, id quod soli diuina nature scriptura sacra tribuit? Neque ut vbique sit, inseparabilis illa naturarum vnio in eadem persona requiritur. Sufficit enim ad hanc conseruandam, quòd in celis ad dextram patris Christus Deus & homo confidet, nec diuinitatis vllum deliquium patitur, et si hæc celos & terras implet, & vbique præsens sit. Imò quia vbique præsens est, & omnia implet, in celis quoque sit oportet, quòd Christus homo ascendit: Manet ergo indiuisa & inseparabilis naturarum vnio, licet Christi humanitatem nullo nouo fimento in terras detraximus, aut per omnia diffundi dicamus. Nam ut idem Augustinus ait, non consequens est, ut quod in Deo est, ita sit vbique, ut Deus. Nam & de nobis veracissima scriptura dicit, quòd in illo viuimus, mouemur et sumus, nec tamen sicut ille, vbique sumus: sed aliter homo ille in Deo, quoniam aliter, & Deus ille in homine, proprio quodam & singulari modo. Vna enim persona Deus & homo est, & vtrumq; est vnus Christus Iesus, vbique per id quod Deus est, in celo autem per id quod homo, &c. Mirum verò est, aduersarios nostros putare, quòd personalem vnio naturarum in Christo consistere non possit, nisi humanitas eius, perinde ut diuinitas, vbique esse dicatur, cum in ipso homine exemplum habeamus, quo illorum error confutari possit. Constat ille anima & corpore, & inter duo hæc vnio personalem intercedit. Quis verò corpus vbique locorum præsens esse & operari dicat, ad que anima suis operationibus sese extendit? Num oculum ibi esse dicemus ubi visus obiectatur? Nam auris tam procul quam audire extenditur? Num nares cum olfactu ad huius obiectum vsque porrigi dicemus? Quæ ergo ratio nos cogit in Christo naturarum proprietates confundere?

De vnione naturarum personali.



Sed aedum propius congre diamur. Si personali illa (ve ipsi loquuntur) naturarum vnione nec
 cessario conficitur, ve vbiq; Deus est, ibi quoq; homo sit, quem ille in persona vnionem assumptam
 hoc ipsum etiam priusquam in caelos ascenderet in illo statuere oportebit. Nec enim in ascensionem
 mum capie illa naturarum vnio, sed quam primum in vtero virginis conceptus est, quam idcirco
 res θεοτόκον, id est, Dei genitricem dixerunt, quia eum peperit, qui simul verus et substantialis
 Dei filius. Si ergo istos audiamus, Christus quoad humanam naturam tunc quoq; in caelo simul et
 terra, imò in omnibus et singulis terrae totius locis erat. Hic autem ego libens interrogaues, quia
 illius actionibus et passionibus quas tunc humana natura subiit, statui ac dici debeat. In Iudaea
 et Galilea illum docuisse, miracula fecisse, edisse, bibisse, fleuisse, et tandem captum, flagellatum et
 in crucem suffixum esse scimus. Num ergo haec ipsa eodem tempore in extrema quoq; Asia, Africa
 et Europa, apud Garamantas et toto diuisos orbe Britannos fecit, et passus est? Imò num
 dem in caelis quoq; tunc ab illo facta sunt, cum in caelo iam tunc ipsum fuisse, ex illius ore nobis
 flet, quando dicit: Nemo ascendit in caelum, nisi qui de caelo descendit, filius hominis qui est in caelis
 ergo vbiq; tunc fuit illius humanitas propter diuinitatis vnionem, eadem vbiq; fecerit et passus sit
 ter, aut alicubi otiosa fuit, et in sola Iudaea officio suo defuncta est. Si eadem vbiq; fecit, cur illa apud
 Iudaeos visibiliter, alibi vero inuisibiliter facta sunt? Vel quis obsecro in caelis per illum miraculis
 curari opus habuit? quis illic eum prodidit? quis ibidem vinculis constrinxit, flagellauit, crucifixus?
 Pudet me haec dicere fratres, ac ve dicamus nec esse est, quando haec et his absurdiora ex vltima
 figmentis sequuntur, qui nos quouis supplicio dignos clamant, quia cum illis in sanie nolimus. Quid
 si haec Christi maiestate indigna esse vident, cur eiusmodi dogmata tradunt, ex quibus ista colligi
 nes intelligunt? Aut enim (ve modo diximus) vbiq; locorum eadem facit et patitur Christi huma
 na natura, aut alicubi otiosa quiescit: quorum alterum plane absurdum, alteri vero ridiculum est.
 Quid enim illam vbiq; praesentem esse opus est, si nihil eorum facit, quorum ergo illam Deus filius
 assumpsit? Quare rectius ergo Augustinus: Secundum hominem in terra erat, non in caelo vbiq; natus
 est, quando dicebat: Nemo ascendit in caelum, nisi qui de caelo descendit, filius hominis qui est in
 caelo: quamuis secundum id quod filius Dei erat, esset in caelo: secundum id vero quod filius homi
 nis erat, adhuc esset in terra nondumq; in caelum ascendisset. Et paulò post: Secundum humani
 mam (humanam scilicet naturam) non est putandus vbiq; diffusus. Quando etiam religiozus et
 magis sobriè loquemur, si Christum corpore suo in caelis gloria aeterna frui, sua vero diuinitate
 tunc vbiq; praesentem esse, et sua mortis et resurrectionis meritum ad omnes credentes extendere
 camus? Ita enim et consolatio efficacior ad pios redibit, et absurdis ac prodigijs cogitationibus
 vni omnis obstruetur. Et haec quidem prolixius à nobis tractata sunt, quia multos hodie absurdas
 questionibus et opinionibus mirificè exagitari scimus, et quòd eadem ad praesentis historiae tractationem
 pertinent, ve nimirum rectè intelligamus, quid nos de Christi ascensione sentire conueniat, quam ve
 ritus ecclesia non temere inter fidei articulos singulari diligentia recensuit, cum et Christi in caelo
 gnantis maiestatem illustri admodum argumento declararet, et nostra saluti multuariam seruiat, ve
 ex sequentibus patebit.

Fructus et usus ascensionis Christi. Nam omnis disputacionibus superuacaneis, ascensionis Christi fructus considerabimus, qui
 multi sunt et salutis cognitionem vehementer confirmant. Primo enim salutis nostra certitudinem
 et illius spem suae fiduciam infallibilem asserit, dum Christum reuera peccati, mortis et diaboli tri
 umphum esse docet. Triumphum enim instar fuit, quem ille de hostibus deuictis egit, et (ve Paulus et
 Psalmis annotauit) in altum ascendens captiuitatem captiuam duxit. Imò quia corpus suum et man
 do in caelos subiecit, abunde testatus est, iam peracta esse quaecumq; in terris nostrae redemptionis re
 go peragenda fuerunt, sicuti iam moriens restatus est, quando dicebat: Consummatum est. Quo de
 edo spiritum suum Deo patri commendans exspirauit. Secundo, quod vnum restabat in nostra re
 demptionis negotio, sua ascensione perfecit. Caelos enim aperuit, qui propter peccatum nobis ante
 clausi fuerunt, adeoq; carnem, quam ex nobis assumpsit instar pignoris in caelos intulit, ve postea
 bitemus, illos nostrae etiam carni iam patere, quae olim eodem sit subuehenda, ve cum ipso regni pro
 missi haereditate fruatur: Ipsius enim promissio est: Volo ve vbi ego sum, sit etiam manserit man
 Vado vobis paraturus locum, et iterum veniam, et assumam vos ad meipsum, ve vbi sum ego, et

ut ipsi loquuntur) naturam
 e, quem ille in persona
 uere oportebit. Nec enim in
 ero virginis conceptus est
 peperit, qui simul uere et
 am naturam tunc quos in
 die autem ego libens inter
 subire statui ac dici debet
 deuisse, & tandem captum
 m tempore in extrema qua
 ritatos fecit, & passus est
 tunc ipsum fuisse, ex illius
 lo descendit, huius hominis
 monie, eadem ubi fuerit &
 encha est. Si eadem ubi
 el quis obsecro in calis per
 vinculis constrinxit, si egre
 , quando haec & his ab
 nant, quia cum illis in
 dogmata tradunt, ex quibus
 rum eadem facit & parum
 lane absurdum, aliter uero
 l eorum facit, quorum ergo
 hominem in terra erat non
 de caelo descendit, sicut
 in caelo: secundum id uero
 differt. Et paulo post: Secunda
 ubi diffusus. Quomodo etiam
 gloria eterna frui, sua
 meritum ad omnes credent
 & absurdus ac prodigiosus
 ata sunt, quia multos hodie
 ad eadem ad praesentis
 christi ascensione sentire
 gentia recentis, cum &
 et, & nostra saluti multum

vos fuis. Unde olim Tertullianus dicebat: Securi efflore caro & sanguis, usque passis & celum & res
 gnium Dei in Christo. Tertio in caelis iam sacerdotem pro nobis agit Christus, & pro nobis apud
 trem aduocatus siue Mediator comparere: cuius rei typus olim praecessit, quando Sacerdotem sum-
 mum quorundam non absque sanguine intra uelum in sanctum sanctorum ingredi oportuit, quod my-
 sterium ab Apostolo in Epistola ad Hebraeos pulchre explicatur. Hinc uero dulcissima ad nos con-
 solatio redit, quando constat nos iam aduocatum habere in caelis, & fidelem pontificem, qui cum ipse
 infirmitates expertus sit, nobis compati & condolare potest. Vides ergo in Christi ascensione praeci-
 pua nostrae salutis mysteria contineri, adeoque per illam consummari & perfici. Quod ipsum Paulus ob-
 seruauit, quando hanc cum morte & resurrectione eius coniungens scribit, Christus est qui mortuus
 est, imo qui et suscitatus est, qui etiam est ad dextram Dei, qui & intercedit pro nobis. Et mox quasi
 lectum Peana siue epinicion canens, omniq; potestate aduersarie insultans, subiicit, Quis nos separa-
 bit a dilectione Dei: num afflictio: num angustia: num persecutio: etc. Breuius sumus in his tra-
 ctandis, quia eadem in nostris super Acta Apostolorum Homilij tractauimus. Quibus in praesenti
 quarto loco addimus, nos ascensionis Christi exemplo nostri etiam officij admoneri, ut nimirum ipsi
 quoque ubi in Christo peccatis mortui sumus et ad uitae nouitatem resurreximus, mentes nostras a ter-
 restribus auocemus ad caelestium donorum considerationem: qua de re Paulus ad Colossenses scri-
 bens nos admonet. Si resurrexistis (inquit) una cum Christo, superna quaerite, ubi Christus est ad
 dextram Dei sedens. Supernam curate, non terrestria: siquidem emortui estis, & uita uestra abcon-
 dita est cum Christo in Deo, etc. Nec enim decet, ut terrenis studijs & impuris carnis uoluptatibus
 se dedant, qui & Christum redemptorem, & patriam, & hereditatem suam in caelis esse proficiunt.
 In horum omnium consideratione si diligenter uerseremur, multo plus inde ad nos uilitatis redibit,
 quam ex curiosis & contentionum plenis de corporali Christi in terris praesentia disturbationibus.

Restat postrema huius historiae pars, qua narratur, ut discipuli ascensione Christi affecti sint, & Quid discipuli
 quid fecerint, ubi ipsum abs se discessisse uiderunt. Primò illos Christum adorauisse Lucas scribit, fecerint Christi
 nimirum quod iam illum plenius quam ante hac uerum Deum & Dominum suum agnoscerent, qui sto digresso
 haecenus regnum terrenum in illo quaesuerant. Deinde sicut iussi sunt, in urbem reuertuntur. Prae-
 terea frequentes sunt in templo, & ibi Dei beneficium publice celebrant. Tandem, ubi spiritus sanctus
 illis datus fuit, in totum orbem egressi Euangelium ubique gentium magno & incredibili suc-
 cessu praedicarunt, Domino ipsis cooperante, & sermonem confirmante per signa, quae doctrinam ipso-
 rum comitabantur.

Quo loco primò admonemur, quomodo a nobis quoque celebrari debeat Ascensionis filij Dei me-
 moria, quam multi hodie (ut & reliqua omnia) in fabulam theatricam conuerterunt. Agnoscamus
 illum uerum Deum & Dominum nostrum esse, qui omne ius in nos obtineat, eo quod ex peccati &
 mortis tyrannide in libertatem filiorum Dei asseruit. Adoremus ergo illum, non faculo cultu, sed in
 spiritu & ueritate. Frequentes simus in piorum caribus, & illic cum fide & gratiarum actione bene-
 ficia illius celebremus, iuxta illud Psalmi: Narrabo nomen tuum fratribus, in media congregatione
 laudabo te. Imprimis autem praestemus illi obedientiam fidei, cuius hic memorabile exemplum in di-
 scipulis proponitur. Scimus enim, quam incommodum fuerit, Hierosolymis moram ducere, homini-
 bus peregrinis, & quorum fortuna tenuiores erant. Sed & periculi plenum erat, in urbe sanguinaria
 uersari, in qua iurati hostes Christi rerum potiebantur. Imò ut hoc facerent discipuli, superuacaneis
 & temerarium uideri poterat, quando constat, spiritum sanctum nulli loco certo alligatum esse, et non
 minus in Galilea, quam Hierosolymis, dari potuisse, si ita Deo uisum fuisset. Nec adeo hebetes fue-
 runt discipuli, ut ista cogitare non potuerint. At quia diserto Christi mandato astricti erant, qui eos
 Hierosolyma abire uenerat, priusquam donum illud promissum a patre accepissent, nihil sibi contra
 illud audendum esse putant, nec modo illi obtemperant, sed in publico uersantur, nec illos sui redem-
 ptoris pudet, quem mortis et diaboli uictorem esse didicerant. Et ubi spiritu instructi sunt, mox absq;
 omni mora docendi munus aggrediuntur, nec urbem modò Hierosolymorum, sed Iudaeam omnem,
 imò orbem uniuersum Christi praedicatione complent. Haec nobis hodie imitanda sunt, si aures, ut
 singuli pro suae uocationis ratione Dei mandatis obtemperent, & quam ab illo accepere uocationem
 teneant, nec ullas rationes admittant, quibus ab officio sese reuocari sentiunt.

Leuit. 16.
Hebr. 7. 8. 9.
1. Ioan. 1.
Hebr. 2.

Rom. 8.

Colof. 3.

ut celebrari de
beat ascensio-
nis memoria.

Psal. 22.

Act. 13.

Succes-
sum ma-
gno predi-
cant
Apostoli.

Hoc ut maiori animo prestemus, vtilissimum fuerit successum quog, felicem considerare, quo
Apostoli in suo hoc munere, ut laboriosissimo ita periculosissimo, vti sunt. Primo enim cooperatus est
illis Dominus, et interna spiritus virtute hominum mentes mouit, ut ijs qua dicebantur, aut etiam
& fidem adhiberent. Et sane diuinam virtutem suae operationem illorum predicationi committens
fuisse, illius effecta satis testantur. Quis enim humanarum virtutum opus dicat, hominum mentes
nouare, voluntates mutare, superstitiones veteres abolere, nouum verae religionis sensum inducere,
& paucorum annorum curriculo doctrina nouo & inaudito genere orbem totum replere? Atqui haec
omnia viuentibus adhuc plerisque, Apostolorum facta fuisse, ex Pauli scriptis & Actuum historia cele-
ligere possumus. Eundem vero successum sibi polliceri debent, quo quot in Dei vocatione fideliter
versantur. Nec enim deest verbo suo Deus, & qui aliquid fieri mandat, simul vires sufficit, & ad
suum finem suorum actiones destinat, ut quod ipse mandauit, effectum suum habere possit. Deinde
signis quoque doctrinam discipulorum confirmauit Dominus, sicuti promiserat. Quibus tunc temporis
opus fuisse, nuper diximus. Hodie illis minime opus est, cum fidei doctrina veteribus illis signis ab om-
ni sit confirmata. Quae si qui hodie adhuc requirunt, eo ipso suam diffidentiam & impietatem man-
feste produunt. Aut enim credunt Deum in scripturis loqui, aut non credunt. Si credunt, quae impedi-
tia est, petere, ut quod ille loquitur, signorum testimonio confirmet? Augustinus olim Confess. lib. 10.
cap. 35. scribebat: In ipsa religione tentatur Deus, cum signa et prodigia flagitantur, non ad aliquam
salutem, sed ad falsam experientiam desyderata. Et idem De consensu Evangelistarum 4. cap. 10. In
deos à signis pendentes ideo à Christo reprehensos fuisse dicit, quod ille credentis mentem super om-
nia mutabilia adeo attolli vellet, ut nec ipsa miracula diuinitus facta, à fidelibus queri deberent. Si
vero illi non credunt, Dei verbum esse quod in scripturis habetur, cur fidem profitentur? cur Christi
nomen usurpant? cur inter Christianos sibi locum dari volunt?

De summi-
tracu-
lorum.

Interim de miraculorum vtu locus iste nos admonet, & ut vera à falsis discerni debeant docet.
Quaecumque enim olim per prophetas, deinde ab ipso Christo tandem per Apostolos & horum successi-
res edita fuerunt, ad hunc solum finem destinata fuisse constat, ut Veritatis doctrinam confirma-
rent. Quaecumque ergo ad superstitionum & doctrinae falsae confirmationem faciunt, pro falsis signis
reputari debent, licet in re ipsa dolus nullus subfit, & reuera fiat quod fieri videtur. Nam ab im-
postoribus quoque, miracula & signa fieri, scriptura non vno loco testatur. In lege certe Moyses scribit:
Si surrexerit in medio tui propheta, aut qui somnium somniet, dederitque tibi aut signum aut portenta,
euenieritque signum & portentum quod praedixit tibi, dixerit autem: Eamus post Deos alios (quos non
nouisti) & seruiemus eis: non audies verba prophetae illius, aut eius qui somnauerit huiusmodi som-
nium: quia tentat vos Dominus Deus vester, num sitis amantes Domini Dei vestri in toto corde, ut
stro, &c. Vides ergo Dei permissione signa ab impostoribus fieri, quae falsa dici merentur, quia ad fal-
se doctrinae & mendaciorum confirmationem seruiunt. Illa vero permittit Deus, non quod bonum
seductione deleatur, sed ut fidem suorum probet, & in illis ardentius verbi sui studium accendat.
Admonet de hoc Christus etiam in Euangelio, quando nouissimis temporibus exorturos dicit ipsa
dopphetas & pseudochristos, qui prodigia & signa edant, quibus mendacia sua stabiliunt conentur.
Et Paulus Antichristi aduentum dicit esse secundum operationem satanae cum omni potentia, ac
signis & prodigijs mendacibus, & cum omni deceptione iniusticia. Causam vero, cur ista permit-
tat Dominus in reprobis, indicat, quos efficaci errore seduci iustum sit, eo quod veritatis lucem in-
probe rejiciunt. Sine ergo pios spectemus, siue impios, Deus accusari nequit, eo quod illorum quidem
fidem saluari experimento probat, horum vero impietatem summo iure rejicitur. Habent etenim
des & imperiri, quod illis respondeant qui supersticiosos imaginum & Diuorum cultus signis & mi-
raculis probare conantur. Quia enim horum legitimus usus est, ut veritati confirmanda seruiant,
merito falsi crimen eos incurrisse dicemus, qui per illa superstitiones stabiliunt.

Ratio ministe-
rij ecclesiastici.

Præterea ministerij ecclesiastici ratio nobis hoc loco consideranda venit. Praedicatione dicuntur
Apostoli, ipsis vero predicantibus sua virtute cooperatus est Dominus, ut doctrina ipsorum in audi-
torum animis suum effectum haberet. Quod vero de his dicitur, vbiq; & in omnibus obseruari debet,
ut externam quidem verbi predicationem ad ministerium, huius vero vim & effectum ad Deum re-
feramus, qui solus in animos nostros ius habet & imperium. Sine huius benedictione enim nihil pre-
faciunt

ficatur, sicuti Paulus eleganti parabola docet, quam ab agricultura desumpsit. Huic ergo transcri- 1. Cor. 3.
benda est vniuersa saluta nostra gloria, nec vnquam excidat illud Apostoli: Ministri Dei sumus,
per quos credidistis pro vt cuiq; Dominus dedit. Nec tamen ided externam verbi predicationem,
cecu inuilem & superuacaneam contemnamus. Etsi enim absq; Dei cooperatione nihil efficiat, quia
tamen medium est & instrumentum, quo ille in hominibus conuertendis & illuminandis vtiur, ad
salutiferam vite eterne & regni caelestis cognitionem nunquam peruenient, quicunq; illam improbe
contempserint. Notum est enim illud Pauli: Fides ex auditu est, auditus autem per verbum Dei. Rom. 10.
Et illud Christi: Qui vos audit, me audit, & qui me audit, eum audit, qui misit me. Qui vero vos Luc. 10.
spernit, me spernit, &c. Quae sententia vt verbi ministerium magnifice commendat, ita docet quae tan
ta contumacia causa sit, qua hodie mundus superstitiones manifestas & fœdissimos idolorum cultus
tuetur, & in illis sciens volensq; perit. Quid enim aliud fiat, quando Dei verbum aspernatur, quod
vnum & solum malo huic mederi poterat?

HAE C in Iesu Christi historiam, quam Marcus Euangelista descripsit, pro gratia nobis à Do-
mino data diximus. Finis omnium est, vt Iesum hunc, qui ex Maria virgine natus est, agnoscamus
esse verum ac æternum Dei filium, ecclesiae regem & sacerdotem, in quo vno salus omnis nobis à Deo
patre sit exhibita. Patet hoc ex illius doctrina, miraculis, morte item, resurrectione à mortuis &
ascensione gloriosa in caelos, quam non multò post spiritus sancti missio secuta est. Propagauit Chri-
stus hic olim regnum suum per Apostolos, & illud in hunc vsq; diem aduersus hereticorum insidiosas
artes & horribiles tyrannorum conatus mirifice conseruauit, & in posterum quoq; conseruabit vsque
in consummationem seculi, quando tota hæc mundi machina corruptionis pondere liberabitur, &
electi ipsius promissa æterna vite præmia recipient. Credamus ergo illi d fratres, & eidem seruiss-
imus in fide non fucata, in vite innocentia & charitate fraternæ, vt olim cum illo re-
gnum illud obtineamus, quod in se credentibus preparauit. Ipsi debetur
benedictio, honor, gloria & potestas in
æternum. Amen.

F I N I S.

VI.
um quos felicem considerant
si sunt. Primo enim cooperati
re ips que dicentur, aut
in illorum predicatione commo-
n opus dicat, hominum mentes
vera religionis sensum inducat,
e orbem totum replere? Atque
li scriptis & Actorum historiam
quocunq; in Dei vocatione fideles
mandat, simul vices sustinet, & di-
ctum suum habere possit. Deinde
promiserat. Quibus tunc etiam
doctrina veteribus illis scriptis
dissentiam & impietatem meo-
n credunt. Si credant, quam impio-
er: Augustinus olim Confessio-
odigia flagitantur, non ad ali-
sensu Euangelistarum, & cap. 10.
dãd ille credentis mentem in-
ctã, à fidelibus quari debent. Et
cur fidem profitemur? ut Chris-

vera à falsis discerni debent. Ita
m per Apostolos & horum scriptis
vt Veritatis doctrinam confite-
mationem faciant, pro falsis scri-
quod fieri videtur. Nam ad impio-
atur. In lege certe Moysi sic scribitur:
ederitq; tibi aut spernit aut pernit,
Eamus post Deos alios (qui cum
ius qui somnauerit huiusmodi pro
Domini Dei vestri in toto corde
que falsa dici merentur, quia ad
permittit Deus, non quod homin-
dentius verbi sui studium accendit,
is temporibus exorturus dicitur. Ipsi
us mendacia sua stabiliter conser-
nem satana cum omni potentia, &
ie. Causam vero, cur ista perni-
um sit, eo quod veritatis lucem
sari nequit, eo quod illorum quilibet
mo iure videretur. Habent tamen
& Diuorum cultus leges & v-
re veritati confirmanda ferunt,
res stabilium.

eranda venit. Predicasse dicuntur
minis, vt doctrina ipsorum in vni-
vbiq; & in omnibus obseruari debe-
verò vim & effectum ad Deum
he huius benedictione enim vniuersis
faciat



NONIATA CXXXIIII
[Faint, mostly illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page]